

Admodum R/de Pater, Gratum ~~mi~~ erit Ill/mis Cardinalibus S/ti Officii, si R.V. curet nobis mittendos duos ex libris italicis illius apostatae Florentini, videlicet illum, qui inscribitur Comedia piacevole della vera antica, Romana, Catholica, et apostolica Chiesa, etc.

5 et illum, qui inscribitur: Due prediche Catholiche una delle opere buone, l'altra della giustificatione dell'huomo predicato nell'imperial palazzo di Praga dal R/do P. Litero dell'ordine de Predicatori, etc. Illum autem librum, qui inscribitur: Ragionamento in materia di Religione, etc non est opus huc mittere, quia vidimus, et habemus, 10 et perniciosissimum judicavimus. Accepi primum folium catechismi Anglicani cum imaginibus

De catechismo in lingua graeca vulgari non mihi constat, an hic imprimatur; sed si imprimi cognovero, curabo, ut ad R.V. exemplar mittatur. Libros duos italicos, quos hic habere cupimus, posset R.

15 V. vel mittere Venetias ad P. Inquisitorem, qui huc postea transmittat; vel recta huc mittere, sed cum suprascriptione ad S/tum Officium, vel ad me: ne forte alicubi in itinere impediatur transmissio. Cupio R.V. bene valere mei memorem in sanctis orationibus suis. Romae die 16. Octobris 1614.

20

R.V.

frater, ac servus in Christo

Robertus Card/lis Bellarminus.

P. Georgio Mayr Societatis Jesu.

Augustam.

25 (adresse manu secret.):

Admodum R/do Patri, P'ri Georgio Mayr Societatis Jesu.

Augustam.

(cachet)

mando, sed catechismus P. Canisii è latino in Italicum convertissem.

München, Reichsbibl. Cod. lat. 1611
(ad calcem voluminis)

München. Reichsarchiv. Jesuitica in genere. Fasc. 19 M. 324. Orig. autogr
=====

30 Ex literis Illustrissimi et Reverendissimi Cardinalis Bellarmini ad P.G. Marium.

Adm. R. Pater, Si catechismus brevis R/dix ac (ut pie credo) Sancti Patris nostri Petri Canisii, mihi notus fuisset, cum Superiorum jussu catechismus Italicum scripsi, certe non laborassem in catechismo novo for-